

1387

C O D I C E S

1388

Novi, quem *Innocentius IV.* jam 1253. Sanctis adscripserat.

III. fol. 132. p. 2. *Aduerte in nomine christi amen, quod subsequencia notata sunt de adam. Adam hic Anglus mihi videtur Magister Parisinus, de quo Bulaeus in Hist. Univ. T. I. p. 149. Tannerus in Bibl. Brit. Hib. et cujus Scripta in Magistrum Sentent. et Quaestiones ordinarias facile primi Academiae Vindob. Conditores Henricus de Hassia et Henr. de Oyta secum e Gallia deferre potuerunt. Ineunt Excerpta nostra prorsus miscella: Studium sacre scripture est meritorium vite eterne &c.*

IV. fol. 164. p. 2. *In nomine christi de summa, aduerte.* Difficile est, inter tot Summas dispicere, quam innuat Noster, qui incipit: *Cause errorum sunt 8. Primus est ignorancia mensure et capacitatis intellectus humani &c.*

V. fol. 188. *In christi nomine Amen. Sequentia notata sunt D. de Oyta. Henrici nempe Parisius evocati ab Alberto Duce a. 1379. ad docendas apud nos sacras Literas, de quo plura P. I. Scriptt. Univ. Vien. p. 58. Notatorum initium: Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est &c.*

DCXVII.

U. 451 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 166. f. per duas columnas multis quidem compendis, sed luculente et nitide perscriptus, fronte deaurata et pictura-

ta, coloribusque per totum illustratus titulo quidem nullo insignitur, sed ad calcem ita habet: *Explicit istud opus de causa dei contra pelagium et de uirtute causarum (et de) uirtute dei cause causarum perscriptum parisius. anno millesimo. CCC^{mo}. XLV^o. domini ihesu christi.* Habemus itaque Opus, de quo jam Vol. I. P. 2. col. 1387. egimus, *Thomae Bradwardini*, quem in *Brauardinum, Bragwardinum &c.* corrumperet Librarii, *Cicestriensis Angli*, et quidem Auctore etiam dum vivo descriptum; annum enim ille 1349. supremum censuit creatus tunc *Cantuar. Archiepiscopus.* At vero, quid *Libro* ejus I. factum sit, ignoro; nam praefens Codex distractus a socio *Librum II.* auspicatur his verbis: *Traetatu siquidem premissorum buc usque continuo progressoque in longius quam putauit &c.* quae exacte usque ad *Libri III.* et ultimi finem cum unica Editione *London.* ab *Henr. Savilio* 1618. f. curata ita conspirant, ut plane eadem Clausula, quam supra adtuli, in *Savillii* Codice fuerit illo solum discriminare, quod pro *Parisiis* et anno 1345. *London* et annus 1344. exhibeatur, adeoque, nisi locorum obesset distantia, noster ex illo descriptus videri possit.

DCXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. U. 452 XIV. Folior. 128. f. per duas columnas exaratus omnes III. *Libros* praedicti Operis complectebatur,

1389

P O L E M I C I.

1390

tur, sed posteriore dimidio situ paene consumtus est. Init L. I. *De causa dei contra pelagium et de virtute causarum domini thome de wrawardin doctoris profundi Cantuarien. Archiepiscopi. Magnorum ac multorum petitionibus ac repetitionibus cumulatis incessanter sollicitor &c.* Praefatio haec est; O-

Finito libro sit laus et gloria christo.

Visum scribentis benedic deus atque legentis.

Nomen scriptoris si tu cognoscere velis,

Ste tibi sit primum, medium pha, nus sit in ymum.

Anno domini M^o. CCC. LXXXI^o. obiit Mater scribentis illum librum nomine *Margareta* &c. et tunc currebat annus tricesimus scribentis a tempore natiuitatis suae. Gessit deinceps Vir hic Parochus in *Atzpach* et S. *Stephani* Canonicus a. 1391. et 1397. fascis Academicos. Sequitur mox Operis nostri *Liber II.* verum quo profundius intras Codicem, crebrescunt deferta et inhospita tesqua.

DCXIX.

U. 468 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 164. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus est Exemplar tertium Operis mox relati, integrum, et quod ad calcem ita habet: *Explicit istud opus de causa (Dei) contra pelagium et de uirtute causarum (et de) virtute Dei cause causarum scriptum wienne Anno a natiuitate domini &c. (14)74. 13^o Junij et 7^a lunacione Mai et hora 20^a finitum per manus Iohannis.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

pus vero ipsum sic inchoat: *In primis supponatur quod deus est summe perfectus et bonus &c.* ut in Edit. *suprac.* nisi quod utraque absit ad *Mertonenses Epistola.* Ad calcem: *Explicit primus liber huius summe per manus Stephani de enczestorf aⁱ* (fortasse *Austriaci*)

DCXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 322

Folior. 25. f. currente calamo exaratus maximam partem ad *Acta Job. Capistrani O. M.* in *Germania* pertinet, et exhibet 1) ejus Literas ad *Academiam Viennensem* datas *Znoyma 24. Sept. 1451.* hujus initii: *Nolo vos admirari clarissimi Virique celeberrimi diuturnum silentium meum.* &c. Optat, ut locus habendi cum *Rokyzana* et *Bohemis* de Fidei negotio Colloquii a Rege *Ladislao* designetur, intersintque delecti ex *Academia Theologi*, nec obscure innuit, *Viennam* sibi praeplacere. Nullibi harum *Literarum* mentionem reperio. *Waddingus* in *Annalib. Minor. T. XII.* ad an. 1451. ne quidem *Znoymae* meminit.

2) Literas *Job. Rokyzanae* ad *Capistranum* absque notis chronol. Ineunt: *Salutem et salutis opera facere et docere. Obsecro te frater religiose in christo dilecte &c.* Editae sunt ab *Amando Hermann*

S

in